

Datum anno MCCC sequenti die beati Mauritii feria sexta.

*Abschrift im Privilegienbuche S. 68 mit der Ueberschrift: Ballenstede de uno manso in Honstede. in cap. M II.*

1300.

147.

*Ritter Heinrich von Eggersdorf resignirt dem Kloster Berge sein Besitzrecht an einen Baumgarten zu Eggersdorf, den er bisher vom Kloster zu Lehen gehabt, unter der Bedingung, dass von den Einkünften Seelenmessen für ihn gehalten werden.*

Noverint universi quorum interest aut interesse oportunum fuerit, quod ego Henricus miles dictus de Ekkerstorp quoddam pomerium meum situm in eadem villa Ekkerstorp, quod uxori mee Maghtildi in dotem sponsalem tradideram, cum consensu eiusdem ac heredum meorum pro remedio animarum nostrarum monasterio sancti Iohannis baptiste, a quo idem pomerium iure pheodi tenebam et cantori eiusdem duos solidos annuatim persolvebam, contuli dedi ac tribui cum omni iure quod ego aut heredes mei in eo habuimus salvo iure cantoris, sub hac forma ut proventus sive redditus pretacti pomerii singulis annis inter dominos congregationis monasterii prescripti eque distribuantur ipsique anniversarium nostrum cum vigiliis ac missarum solemniis ac orationibus ceterisque piis operibus rite celebrent devotius peragendo.

Datum anno domini MCCC.

*Abschrift im Privilegienbuche S. 164 mit der Ueberschrift: Ekkerstorp predicti pomerii donatio in capsula F XV.*

Magdeburg, 1301, Mai 3.

148.

*Johann, Bischof von Havelberg, verkauft dem Kloster Riddagshausen einen dem Kloster der Predigermönche zu Magdeburg gegenüber gelegenen Hof für 80 Mark Stendal. Silber.*

Nos Iohannes dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos curiam nostram, quam in Magdeburg habuimus et aliquamdiu possedimus prope et infra muros Magdeburgenses ex opposito fratrum predicatorum et in qua siquidem curia capella sancti Egidii sita est, quam etiam curiam de propria nostra comparavimus pecunia, religiosis viris domino Ottoni abbati totique conventui in Riddershusen Cisterciensis ordinis Halberstadensis diocesis cum omni iure, quod nos in eadem curia habuimus, pro octuaginta marcis Stendaliensis argenti vendidimus et tradidimus, renunciantes exceptioni predictae peccunie nobis non solute et non tradite, sed recognoscentes, quod iam dicta peccunia tanquam pretium prefate curie nobis integraliter sit persoluta, renunciantes etiam omni actioni ac omni impetitioni, que nobis aut cuiquam successori nostro ad curiam posset competere predictam. In cuius evidentiam rei presens